

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschienen] 1559

Actvs Secvndi

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

P H O R M I O T

Neque testimonij dictio est . De. mitto omnia : adde
Istuc : imprudens timuit adolescens : sino :
Tu seruus : uerum si cognata est maxime ,
Non fuit necesse habere ; sed , id quod lex iubet ,
Dotem daretis ; quæreret alium uirum .

Qua ratione inopem potius ducebat domum ?

Ge. Non ratio , uerum argentum deerat . De. sumeret
Alicunde . Ge. alicunde ? nihil est dictu facilius .
De. Postremo , si nullo alio pacto , uel fœnore .

Ge. Hui , dixti pulchre , si quidem quisquam crederet
Te uiuo . De. non , non sic futurum est , non potest .
Ego ne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem ?
Nil suave meritum est . hominem commonstrarier
Mihi istum uolo , aut , ubi habitet , demonstrarier .

Ge. Nempe Phormionem . De. istum patronum mulieris .

G. Iam faxo hic aderit . D. Antiphō ubi nūc est ? Ph. foris .

De. Abi Phædria , eum require , atque adduce huc . Ph. eo
Recta uia equidē illuc . Ge. nēpe ad Pīphili . De. at ego
Deos penates hinc salutatum domum
Diuortor : inde ibo ad forum , atque aliquot mihi
Amicos aduocabo , ad hanc rem qui assent ,
Ut ne imparatus sim cum adueniet Phormio .

A C T U S S E C U N D I S C E N A . I.

P H O R M I O , G E T A .

Ph. Ta ne patris aīs conspectum ueritum hinc
abÿsse ? Ge. admodum .
Ph. Phanium relictam solam ? G. sic P. &
iratum



iratum senem?

Oppido. P. ad te summa solum Phormio verum reddit:
Tute hoc intristi, tibi omne est exendum: accingere.
Obsecro te. Ph. si rogitabit. G. in te spes est. Ph. aecere,
Quid si reddet? G. e. tu impulisti. Ph. sic opinor. G.
subueni.

Ph. Cedo senē: iā instructa sunt mihi corde consilia omnia.

G. Quid ages? Ph. quid uis? nisi ut maneat Phanium,
atque ex crimine hoc

Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deri-
uem senis?

G. O uir fortis, atque amicus: uerum hoc sæpe Phormio
vereor, ne istae fortitudo in neruum erumpat deni-
que. P. ah,

Non ita est: factum est periculum, iā pedum uisa est uia.

Quot me censes homines iā deuerberasse usque ad necē
Hospites? tum ciues? quo magi noui, tanto sæpius.

Cedo dū, en unquā iniuriarū audisti mi scriptā dicam?

G. Qui istuc? Ph. quia non rete accipitri tēditur, neque
milvio,

Qui male faciūt nobis illis, qui nil faciūt, tenditur:

Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.

Alijs aliunde est periclu, unde aliquid abradi potest:

Mihi sciunt nihil esse. dices, ducent dānatū domum;

Alere nolūt hominē edacē: et sapiūt mea quidē sententia,

Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.

G. Non potest sati' pro merito ab illo tibi referri gratia.

Ph. Immo enim nemo sati' pro merito gratiam regi refert.

Te ne a symbolum uenire, unetū, atque lautū ē balneis,

Ociosum ab animo; cū ille & cura, et sūptu absimitur,

Dum



Dum tibi sit , quod placeat : ille ringitur , tu rideas :
 Prior bibas , prior decumbas : cena dubia apponitur ?
 Ge. Quid istuc uerbi est ? Ph. ubi tu dubites , quid sumus
 potissimum .

Hæc , quum rationem ineas , quæm sint suavia , et quæm
 cara sint ;

Ea qui præbit , nō tu hunc habeas plane præsentem deus
 Ge. Senex adest . uide quid agas : prima coitio est acerrima :
 Si eam sustinueris , post illa iam , ut lubet , ludas licet .

ACTVS SECUNDI SCENA II.

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

D. N unquam cuiquam contumeliosius
 e Audistis factam iniuriam , quæm hac ip
 mihi ?

Adeste quæso . Ge. iratus est . Ph. quin tu hoc age :
 Iam ego hunc agitabo . pro deum immortalium ,
 Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho ?
 Hanc Demipho negat esse cognatam ? Ge. negat .

De. Ipsum esse opinor , de quo agebam . sequimini .
 Ph. Neque eius patrem se scire , qui fuerit ? Ge. negat .
 Ph. Nec stilphonem ipsum scire , qui fuerit ? G. negat .
 Ph. Quia egens relicta est misera , ignoratur parens ,
 Neglegitur ipsa : uide , auaritia quid facit .
 Ge. Si herum insimulabis auaritiæ , male audies .
 De. O audaciam ; etiam me ultro accusatum aduenit .
 Ph. Nam iam adolescenti nihil est quod succensem ,
 Si illum minus norat : quippe homo iam grandior ,

Pauper



Pauper, cui opera uita erat, ruri fere
Se continebat: ibi agrum de nostro patre
Colendum habebat: saepe interea mihi senex
Narrabat, se hunc neglegere cognatum suum:
At quem uirum? quem ego uiderim in uita optumum.

Ge. Videas te, atque illum, ut narras. Ph. abi in malâ crucē:
Nam ni ita eum existumasset, nunquam tam graues
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.

Ge. Pergin' hero absenti male loqui impurissime?
Ph. Dignum autē hoc illo est. G. aīn' tādē carcer? D. Geta.
Ge. Bonorum extortor, legum contortor. D. Geta.
Ph. Responde. Ge. quis homo est? ehem. D. tace. Ge. abs-
senti tibi

Te indignas, seq; dignas contumelias
Nunquam cessauit dicere hodie. D. ohe, desine.
Adolescens, primum abste hoc bona uenia peto,
Si tibi placere potis est, mihi ut respondeas:
Quem amicum tuum aīs fuisse istum, explana mihi,
Et qui cognatum me sibi esse diceret.

Ph. Proinde expiscare, quasi nō nosse. D. nossem? Ph. ita.

De. Ego me nego: tu, qui aīs, redige ad memoriam.

Ph. Echo, tu sobrinum tuum non noras? De. enicas:

Dic nomen. Ph. nomen? maxume. D. quid nunc tacis?
Ph. Perij hercle, nomē perdidī. D. hem, quid aīs? Ph. Geta,
Si meministi id quod olim dictum est, subiūce. hem,
Non dico: quasi non noris, tentatum aduenis.

D. Egon' autē tēto? G. Stilpho. Ph. atque adeo, quid mea?
Stilpho est. D. quē dixti? Ph. Stilphonē inquā noueras?

De. Neque ego illum noram, neque mihi cognatus fuit

P Quisquām

P H O R M I O

Quisquā isto nomine. Ph. ita ne? non te horum pudet?
At si talentum rem reliquisset decem.

De. Dij tibi male faciant. Ph. primus essem memoriter
Progeniem uostram usque ab auo atque at auo proferē.

De. Ita ut dicis. ego tum si aduenissim, qui mihi
Cognata ea essem, dicerem: itidem tu face:

Cedo, qui est cognata? Ge. heus noster, recte. heus tuus

Ph. Dilucide expedui, quibus me oportuit (iii.)
Iudicibus: tum, si id falsum fuerat, filius
Cur non refellit? De. filium narras mihi?
Cuius de stultitia dici, ut dignum est, non potest.

Ph. At tu, qui sapiens es, magistratus adi,
Iudicium de eadem caussa iterum ut reddant tibi:
Quandoquidem solus regnas, et soli licet
Hic de eadem caussa bis iudicium adipiscier.

De. Etsi facta mihi iniuria est, ueruntamen
Potius quam lites secter, aut quam te audiam,
Itidem ut cognata si sit, id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

Ph. Ha, ha, ha, homo suauis. De. quid est? num iniquum
postulo?

An ne hoc quidem ego adipiscar, quod ius publicū est?

Ph. Ita ne tandem queso, ciuem ubi abusu sis,
Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere; an,
Vt ne quid turpe ciuis in se admitteret
Propter egestatem, proxumo iussa est dari,
Vt cum uno ætatem degeret, quod tu uetas?

D. Ita, proxumo quidem: at nos unde? aut quam ob rem?

P. ohe,

Actū, aiunt, ne agas. D. non agā? immo haud desinam,

Donec



Donec perfecero hoc. Ph. ineptis. De. sine modo.
 Ph. Postremo tecum nihil rei nobis Demipho est :
 Tuus est damnatus gnatus, non tu : nam tua
 præterierat iam ducendi ætas. De. omnia hæc
 Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere :
 Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibeo domo.
 Ge. Iratus est. Ph. tute idem melius feceris.
 De. Ita ne es paratus facere me aduersum omnia
 Infelix ? Ph. metuit hic nos, tametsi sedulo
 Dissimulat. Ge. bene habent tibi principia. Ph. quin,
 quod est
 Ferendum fers ? tuis factis dignum feceris,
 Ut amici inter nos simus. De. ego' tuam expetam
 Amicitiam ? aut te uisum, aut auditum uelim ?
 Ph. si concordabis cum illa, habebis, quæ tuam
 Senectutem oblectet : respice ætatem tuam.
 D. Te oblectet : tibi' habe. P. minue uero iram. D. hoc age :
 Satis iam uerborum est : nisi tu properas mulierem
 Abducere, ego illam eūciam : dixi Phormio.
 Ph. Situ illam attigeris secus, quam dignum est liberam,
 Dicam impingam tibi' grandem : dixi Demipho.
 Si quid opus fuerit, heus, domo me. Ge. intellego.

ACTVS SECUNDI, SCENA III.

DEMIPHO, GETA, HEGIO,
 CRATINVVS, CRITO.

D. Vanta me cura, & solicitudine afficit
 q Gnatus, qui me & se hisce impediuuit nuptijs.

P 2 Neque



PHORMIO

Nam, ut audio, per unam eius aut unam, aut moriar sententiam.

Ge. Phaedria tibi adest. An. ubinam? Ge. ecum à sua pælaestra exit foras.

ACTVS TERTII SCENA II.

PHAEDRIA, DORIO, ANTIPO,
GETA.

Ph. Orio, audi obsecro. Do. non audio. ph. pa-
d rumper. Do. quin omitte me.

Ph. Audi, quod dicam. Do. at enim tædet iam
audire eadem millies.

Ph. At nunc dicā, quod lubenter audias. D. loquere, audio.

Ph. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quō num-
abis?

Do. Mirabar, si tu mihi quicquam afferres noui.

An. Hei, metuo lenonē, ne quid suo suat capiti. Ge. idem
ego metuo.

Ph. Non mihi credis? Do. hariolare. Ph. sin fidem do. Do.
fabulæ.

Ph. Fœneratum istuc beneficium tibi pulchre dices. Do. logi.

Ph. Crede mihi, gaudebis facto: uerum hercle hoc est. Do.
somnia.

Ph. Experire, non est longum. Do. cantilenā eangē canis.

Ph. Tu mihi cognatus, tu amicus, tu parens. Do. garris
modo.

Ph. Adeo ne ingenio esse duro te, atque inexorabili,
ut neque misericordia, neque precibus molliri queas?

Do. Adeo n' t: esse incogitantem atque impudētē Phaedri,

